MONUMENTA GERMANIAE

Ipso tempore papa legatum mittit ad regni custodiam, dominum Gerardum de Pagma et eo exeunte Neapoli supervenit Roger(ius) de Loria amiratus regni Aragon(ensi)um et quasi in portu Neapol(is) existens prope videlicet ad millia VII clamoribus et signis Gallos ad navale bellum excitant. Tunc regis filius vocatus et ipse Karolus qui patri successit in regno, gentem suam galeas ascendere iubet reclamacione legato et facto congressu pugnat acriter cum paucis galeis, XIII enim galeis suis per fraudem nautarum revertentibus Neapolim in quibus nobiles erant et strenui pugnatores, filius regis sua navnitus po(tencia) multa inimicorum strage edita victus in Sycilian ducitur. Quarta itaque die sequenti rex Karolus Neapoli applicat. Meditatam defeccionem cognoscens civium Gallicos in eos quasi nescius sevire permisit. Et tandem congregato exercitu, gratulandum inquit de capto filio, non dolendum, qua-

existente Mur.

reg. C (regis?)

Urbem Mur. milliaria Mur.

Den Kreuzer liesse ich (?) CCXXXII. pars I.

reclamacione C, reclamante Mur.

pugnatur Mur.

dabei durch ein Loch beschädigt C.